inſignem collegerat, evanuit. Horas ſaltem in Acta Apoſtolorum, & exiguum in epiſtolam ad Romanos fragmentum, prout ſuâ manu autor ſcripſerat, frater ejus ante obitum ſuum communicaverat cum R. Kidderio Londinate, cui nos utrumqve debemus, & ne his obſervatis careant eorum cupidi, ea cum horis in priorem ad Corinthios epiſtolam impenſis, qvas autor ipſe ante qvindecennium Cantabrigiæ in vulgus exire voluit, ad imitationem prioris in Evangelia voluminis, etſi ad illius qvantitatem non accedat, ejusdem tamen qvalitatis emittimus: plura enim nec ad manus erant, nec credo in alios Scripturæ

libros

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn358297001/12
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG